

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. XXIII. Quid Mafortes. & quare Monachorum Pallia ραχος dicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

C A P V T XXIII.

*Quid Mafortes. & quare Monachorum
Pallia paxos dicta.*

Cassianus de Aegypti monachis agens tradit, Pallium veteribus monachis alio nomine *Mafortem* dictum. Post hac (inquit) angustopalliolo, tam amictus humilitate, quam pretij vilitate, colla pariter atque humeros tegunt; quod *Mafortes* tam nostro quam ipsorum nuncupatur eloquio. De Maforte notat Baronius fuisse diuersi generis indumentum, pro diuersarum personarum conditione. Erantque alij viles, alij preciosi. Viles erant & angusti monachorum, ut constat ex allegatis Cassiani verbis: preciosi & laxi Matortes mulierum: quales Melaniæ iunioris, de quâ Heraclides. *Quidquid vestium sericarum in Maforibus habuit, sacris altaribus dedit.* Qualis item ille de quo holoserico Abbatissa (de cuius causa agitur in Epistolâ Synodi Turon. Baron. Pictauen.) & pallam altaris fecerat, & nepti

Horne.
cap 49.

Refert
ex Greg.
Turon.
Baron.
an. 593.

E T MONACHORVM HABITV. 165
nepti sua in tunica purpuram posuerat. ne-
que enim vile indumentum erat quod ho-
losericum: neque breve ex quo facta esset
altaris palla, & insuper ornata sponsa.
Eiusdem generis erat Maforte de quo S.
Hieronymus reprehendens stultarum lu-
xum puellarum, *Et per humeros hyacinti-*
nalena, Maforte volitans. Ex quibus intel-
ligas non fuisse angustum pallium, quod
præ sui latitudine panderetur ad ventum:
vti etiam in statuis sculptis videmus.
Commune tamen fuit utriusque sexui, quod
ad tegendos humeros collumque veluti
Pallium compositum esset: Ob idq; com-
muni æquè nomine Mafortes diceretur.
Ita ferè Baronius. Vide præterea Rosweid.
in Onomast.

Epistola
ad Eusebio-
chium.

Quia' Pallium monasticum vile erat,
hinc vocabulo græco πάνος legitur appel-
latum. Ita Nazianzenus in laudibus Basili-
i scripsit, iussu præfecti Basilio detractum
Pallium ac laceratum. In græco loco Pallij
est πάνος. Quâ voce ibi pallium significa-
ri, satis indicant verba Basilij quibus sub-
X 3 iecit,

πάνος
πάνος

166 DE VETERE CLERICORVM
iecit, Exuam prætereasi ita lubet & tuni-
^{LUC. 6.}cam. Adlusat enim S. Episcopus ad consi-
lium Domini, Ab eo qui auferit tibi indu-
mentum, & tunicam noli prohibere.

C A P V T XXIV.

An apud veteres usus femoralium: Proba-
tur responsio affirmativa, & satis fit ratio-
nibus contrâ allegatis.

Mouent hic quidam quæstionem de
veterum femoralibus. Quæ possit
pluribus videri curiosior quam vtilior;
prætereundam tamen non censui: tum ut
plena sit nostra de veterum vestitu traœcta-
tio: tum quia occasionem suggerit Regula
^{Cap. 55.} S. Benedicti, in quâ, femoralia hi qui in
viâ diriguntur de vestiario accipient, qua
reuerentes lota ibi restituant. Ex his rectè
videtur colligi. Ergo domi erant absque
femoralibus. Ac de his longam disputatio-
nem instituit noster Philippus ab Eleemo-
syna. testaturque usque in sua tempora,
Scotos sub tunicâ fuisse sine braccis aut
femo-